Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



attritum nom̃ eius. a facie mea. Et
egredimini de babylone. fugite a chal
deis. In uoce exultationis annuncia
te. auditum facite hoc. et ferte illud
usq; ad extrema terre. Dicite Rede
mit dn̄s seruum suum iacob. ℟. Festi
na ne tardaueris domine et libera populu
tuum. ℣. Veni domine et noli tardare re
laxa facinora plebis tue. Et libera. Mat̃
Ant. Desyon uenet dominus Laus.
omnipotens ut saluum faciat popu
lum suum. Ant. De syon uenet qui
regnaturus est dn̄s emmanuel magn̄i
nomen eius. Ant. Conuertere dn̄e aliquan
tulum et ne tardes uenire ad seruos tuos
Ant. Ecce deus meus et honorabo eum deus pa
tris mei et exaltabo eum. Ant. Dominus le
gifer noster dominus rex noster ipse ue
niet et saluabit nos. In euang. Ant. Vigilate
animo in primo est dominus deus noster.
Hec dicit dn̄s. Ecce ego fr̄a. vi. l.
Creo celos nouos. et terram no
uam. et n̄ erunt in memoria
priora. et n̄ ascendent sup cor. sed
gaudebitis et exultabitis usq; in sem
piternum. in his que ego creo. qua ec
ce ego creo ierl̄m exultationē. et po
pulum ei gaudiū. et exultabo in ie
rusalem. et gaudebo in ppl̄o meo. et
n̄ audiet̄ in eo ultra uox fletus. et uox
clamoris. ℟. Clama in fortitudine. ii.
Non erit ibi amplius infans dierum.
et senex q̄ non impleat dies suos. quo
puer centum annor̄ moriet̄. et
peccator centum annor̄ maledic
tus erit. Et edificabunt domos. et
habitabunt. et plantabunt uineas.
et comedent fruct̄ earū. Non edi
ficabunt et ali habitabit. n̄ plan
tabunt. et ali comedet. ℟. Orietur stella.
Secundu dies eium lugni erunt
dies ppli mei. et opa manuum eor
inueterabunt electis meis. Non
laborabunt frustra. neq; generā
bunt in conturbatione. quia sem
benedictor dn̄i est. et nepotes
eor cum eis. erit q; ante q̄m cla
ment ego exaudiā. et adhuc illis
loquentibus ego audiā. Lupus et
agnus pascentur simul. et leo et
bos comedent paleas. et serpen
ti puluis panis ei. Non uocabit
neq; occident in om̄i monte sc̄o
meo. dicit dn̄s. Conuertimini ad me
℟. Modo uenet. Mat̃ Laus.
Constantes estote uidebitis au
xilium domini sup uos. Ant. Veni
domine et noli tardare relaxa facinora
plebis tue israhel. Ant. Ego autem ad dn̄m
aspiciam et expectabo eum saluatorem
meum. Ant. Deus a libano uenet et splen
dor eius sicut lumen erit. Ant. Veni dn̄e
uisitare nos in pace ut letemur coram
te corde pfecto. In euang. Ant. Ex
quo facta est uox salutationis tue in au
ribus meis exultauit in gaudio infans in u